



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 154. Per diem autem solemnem consueverat præses populo dimmittere
unum vinctum quem voluissent. v. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

aliis contumeliam, infidelitatem, iniuriam, contemptumque sustineat, dum sacra illius mandata tories contemnantur, & eius obstititur voluntati: & quoties ipsius gratiam negligamus & in vacuum recipiamus, atque indices eum deuo irrideamus, vulneribus diris conficiamus, ut sacrum illius crucem quodammodo effundere velle videamur.

Cur hoc? ô piissime Domine, nisi quia omni virtute & facultate meam tuum honorem & gloriam non quero, cur autem non quero? gloriam tuam, nisi quia te toto corde non diligo. Quare autem, quantum debeo, te non amo? nisi quia me ipsam inordinate adhuc diligo, & uti pridem debui me nec contempsi nec abnegavi! hac scilicet de causa, te Deum totis viribus non quero, sed potius me ipsam idque multipliciter & inauiter. Hæc ratio est, cur sanctissima vestigia humilitatis & patientiæ, obedientiæ & resignationis tuæ non amplectar. Sed ô clementissime Deus miserere; miserere mihi miserimæ creaturæ tuæ, quandoquidem magnam agnosco & confiteor infirmitatem & perversitatem meam. A diuina me Domine Deus ut me ipsum abnegem, naturamque meam voluptati malæ deditam, & quasi sub peccato venundatam, seuerè crucifigam, ut mundo, carni & dæmoni, ad sanguinem usque relincher, nihil quippe possum absque auxilio gratiæ tuæ.

§. 154. *Per diem autem solemmem consueverat præf. populo dimittere unum vincitum quem voluissent. v. 15.*

Consuetudo hæc dimittendi unum vincitum in Paschate, nata erat à liberatione populi Israëliti ex Ægypto, quæ paschali die facta est, & habebat quidem hæc consuetudo speciem pietatis & Indulgentiæ sanctæ cum intuitu sanctitatis huius festi magni, quo patres Iudæorum liberati erant, etiam nepotes eorum liberabant, saltem unum eorum qui sibi erant obnoxii etsi enim Iudæi opus non habebant, ut per hanc liberationem vinciti hominis admonerentur liberationis suæ ex Ægypto olim factæ, quippe ante quorum oculos Deus ipse huius rei memoriale signum instituerat, agnum paschalem, atque adeo totum ipsum festum, Ipsi tamen huic signo à Deo instituto pie ut creditur olim etiam illud addiderant, nec contra nec secundum legem Dei sed secundum rectam rationem, qua in re multum superarunt isti Iudæi malevolentiam nostrorum hæreticorum qui ex solo Dei verbo & quidem non nisi scripto, volunt ædificare Religionem, sed de his alius erit dicendi locus. Cæterum in Pilato hic iterum videmus egregiam iustitiam & prudentiam Civilem, atque utinam nunquam sortiremur peiores & imprudentiores eatenus Magistratus. Optamus quidem bonos & pios Reipublicæ principes, sed si omnino propter iniquitates nostras meremur

impios

impios magistratus optemus Pilato non peiores, aut imprudentiores in prima sui processus parte: nam considera quæso quanta prudentia insonem Christum liberare studeat. Cum enim vi ac potestate morali hoc non posset, ob tumultum seducti populi & Pontificum potentiam & importunitatem, rem prudenti consilio ac iudicio aggreditur, consuetudinem proponens, & ipsis quidem satisfacere volens, etiam antequam petatur, nam sperabat fore ut animos Iudæorum sibi hac parte promptos & obediētes faceret ad dimittendum Iesum, quod consuetudinem eorum quamvis Ethaius tanta promptitudine veluti confirmaret & non nihil videretur voluntati ipsorum favere, hæc videns & intelligens vehementer miror, certè vehementer.

Domine, consuetudines pias & festivitates Ecclesiæ sanctæ tuæ observem obsecro semper & devotè, ut vincat ego in iis, à peccatis præteritis præsentibus & futuris periculis insuper animæ & corporis liberari per te mereat, ut tibi gratias referendo magis magisque serviam, & sic solemnitates speragam hic, ut æternas mereat videre & eis interesse in cælis. Sed & prudenter me geram & ubi directe iustitiam nequeo obrinere, saltem accommodem me, captui hominum, & velificando prudenter, eandem obtinere, semper laborem.

§. 13. *Habebat autem tunc insignem vincum, qui dicebatur Barabbas.*

At cur anne dicit Evangelista hic nomen *vincum*, & epitheton *Insignem*, ut notam faceret toti mundo comparationem eius factam cum Iesu, quæ ille insignis adeo latro, notus suis sceleribus horrendis & maximis obnoxius pænis, dignusque qui per totam civitatem potius debuisset eligi, ut moreretur, quam ut Iesus innocens & benefactor damnaretur ad mortem nihilominus est absolutus. Ideoque ad notitiam & clariorem sensum ponit Evangelista nomen, *latronis, vincum* & vocem, *Insignis*, ut maior Iudæorum appareat malitia qui huic talem Christo propulerint. Interpretatur autem Barabbas, filius patris, nempe diaboli vel Adam prævaricatoris cuius filiorum vicem iste unus insigniter gerebat.

Domine absit à me, ut ego velim unquam comparare tenebras cum ipsa luce; iniustitiam cum æquitate malum cum bono, temporalia cum æternis, & multo minus illa his præferre in animum indicam.

§. 56. *Congregatis ergo illis, dixit eis Pilatus. v. 17*

Quibus congregatis nisi principibus Sacerdotum, & senioribus accusantibus, manebant enim & non recedebant à prætorio, quia metuebant

N

ne si-